

Ps. 68. 21-22

IMPROPÉRIUM expectávit cor meum, et misériam: et sustínui qui simul mecum contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni: et dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me

CONCÉDE, quæsumus, Dómine: ut óculis tuæ majestátis munus oblátum, a grátiam nobis devotiónis obtíneat, et efféctum beátæ perennitátis acquirat. Per Dóminum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicétes:

Mat. 26. 42

PATER, si non potest hic calix transíre nisi bibam illum, fiat volúntas tua.

PER hujus, Dómine, operatióne mystérii: et vítia nostra purgéntur, et justa desidéria compleántur. Per Dóminum nostrum.

OFERTORIO

La afrenta me destroza el corazón, y desfallezco. Espero compasión y no la hay, consoladores, y no los encuentro. En mi comida me echaron hiel, en mi sed me dieron vinagre.

SECRETA

Te pedimos, Dios todopoderoso, que estas ofrendas sean gratas a tus ojos, para que ellas nos alcancen la gracia de servirte con amor y nos traigan la eternidad dichosa. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE LA CRUZ

In verdad es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, que pusiste la salvación del género humano en el árbol de la cruz, para que de donde salio la muerte, saliese la vida, y el que en un arbor vencio, en un arbol fuese vencido par Cristo nuestro Señor; por quien alaban los Angeles a tu majestad, la adoran lac dominaciones, la temen las Potestades y la celebran con igual jubilo los Cielos, las Virtudes de los cielos y los bienaventurados Serafines. Te rogamos, que, con sus voces admitas tambien las de los que te decimos, con humilde confesion:

COMUNIÓN

Padre mío, si este cáliz no puede pasar sin que yo lo beba, hágase tu voluntad.

POSCOMUNIÓN

Por la eficacia de este misterio se nos perdonen, Señor, nuestros pecados, y veamos cumplidos nuestros santos deseos.

PROPRIO DE LA MISA SECUNDO DOMINGO DE PASIÓN O DOMINGO DE RAMOS

Solemne Procesion de las Palmas en honor de Cristo Rey

I. LA BENDICIÓN DE LAS PALMAS

El sacerdote se reviste con ornamentos rojos. Colocados los ramos en su respectivo lugar, y estando ya todo preparado, los Ministros del altar hacen la debida reverencia. Entretanto se canta o reza la siguiente antifona:

Mat. 21. 9

Hosanna Filio David: benedictus qui venit in Nomine Domini. O Rex Israel: Hosanna in excelsis.

Ÿ. Dominus vobiscum.
Ŕ. Et cum spiritu tuo.
Oremus.

Benedic, ✠ quæsumus, Domine, hos palmarum (*sen olivarum aut aliarum arborum*) ramos: et præsta, ut quod populus tuus in tui venerationem hodierna die corporaliter agit, hoc spiritualiter summa devotione perficiat, de hoste victoriam reportando et opus misericordiæ summopere diligendo. Per Dominum nostrum.

El celebrante rocía las ramos con agua bendita y los incienso.

II. DISTRIBUCIÓN DE LOS RAMOS

El sacerdote se reviste con ornamentos rojos. Colocados los ramos en su respectivo lugar, y estando ya todo preparado, los Ministros del altar hacen la debida reverencia. Entretanto se canta o reza la siguiente antifona:

ANTIFONA

Hosanna al Hijo de David: bendito el que viene en nombre del Señor, el Rey de Israel. ¡Hosanna en el cielo!

Ÿ. El Señor esté con vosotros.
Ŕ. Y con tu espíritu.
Oremos.

Bendice, ✠ Señor, estas palmas (estos ramos de olivo, de laurel, de otros árboles), que en señal de alabanza lleva hoy tu pueblo; y concédenos que a este homenaje externo correspondamos con un espíritu fiel, para así triunfar del enemigo, y unirnos plenamente a la obra de tu amor. Por Jesucristo nuestro Señor.

PUERI Hebræorum, portantes ramos olivarum, obviaverunt Domino, clamantes, et dicentes: Hosanna in excelsis

1. Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum et universi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundavit eum, et super flumina præparabit eum. *Pueri Hebræorum.*

2. Attollite portas, principes, vestras: et elevamini, portæ æternales: et introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis et potens: Dominus potens in prælio. *Pueri Hebræorum.*

3. Attollite portas, principes, vestras: et elevamini, portæ æternales: et introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. *Pueri Hebræorum.*

4. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula seculorum. Amen. *Pueri Hebræorum.*

PUERI Hebræorum vestimenta prosternebant in via, et clamabant dicentes: Hosanna Filio David: benedictus, qui venit in Nomine Domini.

OMNES gentes, plaudite manibus: jubilate Deo in voce exsultationis. Quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. *Pueri Hebræorum vestimenta.*

2. Subjecit populos nobis: et gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatem suam: speciem Jacob, quam dilexit. *Pueri Hebræorum vestimenta.*

3. Ascendit Deus in júbilo: et Dominus in voce tubæ. Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite. *Pueri Hebræorum vestimenta.*

Los niños hebreos, llevando ramos de olivo salieron al encuentro del Señor, aclamando: Hosanna en el cielo!

Del Señor es la tierra y cuanto la llena, el orbe, y todos sus habitantes: Él la fundó sobre los mares, Él la afianzó sobre los ríos. *Los niños hebreos.*

¡Portones! alzad los dinteles, que se alcen las puertas eternas, va a entrar el Rey de la Gloria. ¿Quién es ese Rey de la Gloria? El Señor, héroe valeroso, el Señor, héroe de la guerra. *Los niños hebreos.*

¡Portones! alzad los dinteles, que se alcen las puertas eternas, va a entrar el Rey de la Gloria. ¿Quién es ese Rey de la Gloria? Es el Señor, Dios de los Ejércitos: Él es el Rey de la Gloria. *Los niños hebreos.*

Gloria al Padre, y al Hijo y al Espíritu Santo. Como era en un principio, ahora y siempre por los siglos de los siglos. Amén. *Los niños hebreos.*

Los niños hebreos extendían mantos por el camino y aclamaban: Hosanna al Hijo de David, bendito el que viene en nombre del Señor.

Pueblos todos, batid palmas, aclamad a Dios con gritos de júbilo: porque el Señor es sublime y terrible, emperador de toda la tierra. *Los niños hebreos extendían mantos.*

2. Él nos somete los pueblos y nos sojuzga las naciones; Él nos escogió por heredad suya: gloria de Jacob, su amado. *Los niños hebreos extendían mantos.*

3. Dios asciende entre aclamaciones, el Señor, al son de trompetas: tocad para Dios, tocad, tocad para nuestro Rey, tocad. *Los niños hebreos extendían mantos.*

dicens: + Eli, Eli, lamma sabactháni? C. Hoc est: + Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? C. Quidam autem illic stantes, et audiéntes, dicébant: S. Eliam vocat iste. C. Et contínuo currens unus ex eis, accéptam spóngiam implévit acéto et impósuit arúndini, et dabat ei bíbere. Ceteri vero dicébant: S. Sine, videámus an véniat Elías liberans eum. C. Jesus autem íterum clamans voce magna, emísit spíritum.

Hic genuflectitur et pausatur aliquantulum.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deórsus: et terra mota est, et petra scissæ sunt et monuménta apérta sunt: et multa córpora sanctórum, qui dormierant, surrexerunt. Et exéúntes de monuméntis post resurrectionem ejus, venérunt in sanctam civitátem, et apparuérunt multis. Centúrio autem et qui cum eo erant, custodiéntes Jesum, viso terramótu, et his quæ fiébant, timuérunt valde, dicéntes: S. Vere Fílius Dei erat iste. C. Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secútæ erant Jesum a Galílea, ministrántes ei: inter quas erat María Magdaléne, et María Jacóbi, et Joseph mater, et mater filiórum Zebedæi.

Cum autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimatea, nómine Joseph, qui et ipse discipulus erat Jesu. Hic accéssit ad Pilátum, et pétiit corpus Jesu. Tunc Pilátus jussit reddi corpus. Et accépto córpo, Joseph invólvit illud in síndone munda. Et pósuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et advólvit saxum magnum ad óstium monuménti, et ábiit.

sabaktaní. C. Esto es: Dios mío, Dios mío, ¿por qué me has abandonado?. C. Algunos de los que estaban por allí, al oírlo, dijeron: S. A Elías llama Éste. C. En seguida uno de ellos fue corriendo, cogió una esponja empapada en vinagre y, sujetándola a una caña, le daba de beber. Los demás decían: S. Déjalo, a ver si viene Elías a salvarlo. C. Y Jesús, gritando de nuevo con voz potente, exhaló el espíritu.

Todos de rodillas. Breve pausa.

Entonces el velo del templo se rasgó en dos de arriba abajo; y la tierra tembló; y las rocas se hendieron; y las tumbas se abrieron; y muchos cuerpos de los santos ya muertos, resucitaron y, saliendo de las tumbas después que Él resucitó, entraron en la Ciudad Santa y se aparecieron a muchos. El centurión y sus hombres, que custodiaban a Jesús, al ver el terremoto y lo que pasaba se aterrorizaron y dijeron: S. Realmente Éste era Hijo de Dios. C. Había allí muchas mujeres que miraban desde lejos, aquellas que habían seguido a Jesús desde Galilea para atenderle; entre ellas, María Magdalena y María la madre de Santiago y José, y la madre de los Zebedeos.

Jesús es bajado de la Cruz y sepultado.

Al anochecer, llegó un hombre rico de Arimatea, llamado José, que era también discípulo de Jesús, Éste acudió a Pilato a pedirle el cuerpo de Jesús. Y Pilato mandó que se lo entregaran. José, tomando el cuerpo de Jesús, lo envolvió en una sábana limpia, lo puso en el sepulcro nuevo que se había excavado en una roca, rodó una piedra grande a la entrada del sepulcro y se marchó.

Judæorum. C. Et exspuētes in eum, accepērunt arūdinem, et percutiēbant caput ejus. Et postquam illusērunt ei, exuērunt eum chlāmyde, et induērunt eum vestimētis ejus, et duxērunt eum ut crucifigerent.

Exeūtes autem, invenērunt hōminem Cyrenæum, nōmine Simōnem: hunc angariavērunt, ut tōlleret crucem ejus. Et venērunt in locum qui dicitur Gólgotha, quod est Calvária locus. Et dedērunt ei vinum bībere cum felle mixtum. Et cum gustāsset, nōluit bībere. Postquam autem crucifixērunt eum, divisērunt vestimēta ejus, sortem mittētes: ut implerētur quod dictum est per Prophētam, dicentem: Divisērunt sibi vestimēta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et sedētes, servābant eum. Et imposuērunt super caput ejus causam ipsius scriptam: Hic est Jesus Rex Judæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrōnes: unus a dextris, et unus a sinīstris. Prætereūtes autem blasphemābant eum, movētes cāpita sua et dicētes: S. Vah, qui destruis templum Dei, et in trīduo illud reādfīcas: salva temetīpsum. Si Fīlius Dei es, descende de cruce. C. Simīliter et príncipes sacerdotum illudētes cum scribis et seniōribus, dicēbant: S. Alios salvos fecit, seīpsum non potest salvum fácere: si Rex Israēl est, descēdat nunc de cruce, et crédimus ei: confīdit in Deo: liberet nunc, si vult eum; dixit enim: Quia Fīlius Dei sum. C. Idīpsum autem et latrōnes, qui crucifixi erant cum eo, impropērābant ei.

A sexta autem hora tēnebræ factæ sunt super univērsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamāvit Jesus voce magna,

iendo: S. ¡Salve, Rey de los Judíos! C. Luego le escupían, le quitaban la caña y le golpeaban con ella la cabeza. Y terminada la burla, le quitaron el manto, le pusieron su ropa y lo llevaron a crucificar.

Jesús sube al Calvario. Es crucificado.

Al salir, encontraron a un hombre de Cirene, llamado Simón; y lo forzaron a que llevara la cruz. Llegados al lugar llamado Gólgota (que quiere decir lugar de “La Calavera”), le dieron a beber vino mezclado con hiel; El lo probó y no lo quiso beber. Después de crucificarlo, se repartieron sus ropas echándolas a suerte y luego se sentaron a custodiarlo. Sobre su cabeza colocaron un letrero con la acusación: Este es Jesus, el Rey de Los Judios. Y crucificaron con El a dos bandidos, uno a la derecha y otro a la izquierda. Los que pasaban, lo injuriaban meneando la cabeza y diciendo: S. Tú que destruías el templo y lo reconstruías en tres días, sálvate a ti mismo; si eres Hijo de Dios, baja de la cruz. C. Lo mismo los Sumos Sacerdotes con los letrados y los notables se burlaban diciendo: S. A otros ha salvado y a sí mismo no se puede salvar. Es Rey de Israel: que baje ahora de la cruz y le creeremos. Ha confiado en Dios: que Dios lo libre ahora si tanto lo quiere, ya que ha dicho que es Hijo de Dios. C. Incluso los bandidos que estaban crucificados con él lo insultaban.

Desde el mediodía vinieron las tinieblas sobre toda aquella tierra hasta la media tarde. Y hacia la media tarde, Jesús exclamó con voz potente: Elí, Elí, lamá

4. Quoniam rex omnis terræ Deus: psallite sapienter. Regnabit Deus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. *Pueri Hebraeorum vestimenta.*

5. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: quoniam dii fortes terræ vehementer elevati sunt. *Pueri Hebraeorum vestimenta.*

6. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula seculorum. Amen. *Pueri Hebraeorum vestimenta.*

Estos salmos se repiten hasta el Gloria Patri, hasta el final de la distribución de los ramos. Después de la distribución de la siguiente Evangelio se canta.

Mat. 21. 1-9

IN illo tempore: Cum appropinquasset Jesus Jerosolymis, et venisset Bethphage ad montem Oliveti: tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, et statim invenietis asinam alligatam, et pullum cum ea: solvite, et adducite mihi: et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, et confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pullum, filium subjugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Jesus. Et adduxerunt asinam, et pullum: et imposuerunt super eos vestimenta sua, et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, et sternerant in via: turbæ autem, quæ præcedebant, et quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna Filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini.

4. Porque Dios es el Rey del mundo: tocad con maestría. Dios reina sobre las naciones, Dios se sienta en su trono sagrado. *Los niños hebreos extendían mantos.*

5. Los príncipes de los gentiles se reúnen con el pueblo del Dios de Abraham; porque de Dios son los grandes de la tierra, y Él es excelso. *Los niños hebreos extendían mantos.*

6. Gloria al Padre, y al Hijo y al Espíritu Santo. Como era en un principio, ahora y siempre por los siglos de los siglos. Amén. *Los niños hebreos extendían mantos.*

EVANGELIO

En aquél tiempo Jesús se acercó a Jerusalén y al llegar a Betfagé, junto al Monte de los Olivos, mandó a dos discípulos, diciéndoles: Id a la aldea de enfrente y en seguida encontraréis una burra atada, con su pollino: desatadlos y traédmelos. Y si alguien os dice algo, contestable: El Señor los necesita; los devolverá en seguida. Esto ocurrió para que se cumpliese lo que dijo el Profeta: Decid a la hija de Sión: Mira a tu Rey, que viene a ti, humilde, montado en un asno, en un pollino, hijo de acémila. Fueron los discípulos e hicieron lo que les había mandado Jesús: trajeron la burra y el pollino, echaron sobre ellos sus mantos y Jesús se montó encima. La multitud extendió sus mantos por el camino; otros cortaban ramas de árboles y alfombraban el camino. Y la gente que iba delante y detrás de él gritaba: Hosanna al Hijo de David, bendito el que viene en nombre del Señor.

III. PROCESIÓN DE LAS PALMAS

La procesión tiene lugar entonces. El incienso se pone en el incensario, todos llevan las palmas. El diácono entonces canta:

Ū. Procedamus in pace.

Ŕ. In nomine Christi. Amen.

Ū. Marchemos en paz.

Ŕ. En el nombre de Cristo. Amén.

Al empezar la Procesión puede cantarse alguna de las siguientes antifonas:

PRIMERA ANTIFONA

OCCURRUNT turbæ cum floribus et palmis Redemptori obviam: et victori triumphanti digna dant obsequia: Filium Dei ore gentes prædicant: et in laudem Christi voces tonant per nubila: Hosanna!

Con palmas y flores, la gente sale al encuentro del Redentor, y rinden homenaje al Vencedor que viene en triunfo. Los pueblos lo proclaman Hijo de Dios, y hasta las nubes resuenan las voces que alaban a Cristo: Hosanna.

SEGUNDA ANTIFONA

CUM Angelis et pueris fideles inveniamur, triumphatori mortis clamantes: Hosanna in excelsis!

Con los ángeles y los niños mostremos nuestra fe, aclamando al Vencedor de la muerte: Hosanna en el cielo.

TERCERA ANTIFONA

TURBA multa, quæ convenerat ad diem festum, clamabat Domino: Benedictus qui venit in Nomine Domini: Hosanna in excelsis!

La multitud que había acudido a celebrar la fiesta aclamaba al Señor: Bendito el que viene en nombre del Señor: Hosanna en el cielo.

Luc. 19. 37, 38

CUARTO ANTIFONA

COOPERUNT omnes turbæ descendentium gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes: Benedictus qui venit Rex in nomine Domini: pax in terra, et gloria in excelsis.

El gentío que bajaba, empezó a alabar a Dios con voces de alegría, por todos los milagros que habían visto, aclamando: Bendito el Rey que viene en nombre del Señor; paz en la tierra y gloria en el cielo.

Durante la Procesión se canta el siguiente himno. Convendría que el pueblo, a cada estrofa, fuese repitiendo el primer verso.

HIMNO - Gloria Laus: a Cristo Rey.

GLORIA, LAUS et honor tibi sit, Rex Christe Redemptor: Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

1. Israel es tu Rex, Davidis et inclyta proles: Nomine qui in Domini, Rex benedicte, venis. *Gloria, laus.*

2. Coetus in excelsis te laudat cælicus omnis. Et mortalis homo, et cuncta creata simul. *Gloria, laus.*

Gloria, alabanza y honor os sea dado, Rey Cristo Redentor. A quien los niños cantaban piadosamente.

1. Vos sois Rey de Israel, de la noble familia de David. Bendito Rey que venís en nombre del Señor. *Gloria, alabanza.*

2. En el Cielo alaban los Ángeles y Santos. Y el hombre mortal y todo lo criado. *Gloria, alabanza.*

sacerdótum et seniôres persuasérunt pópulis ut péterent Barábbam, Jesum vero pérderent. Respóndens autem præses ait illis: S. Quem vultis vobis de duóbus dimítiti? C. At illi dixérunt: S. Barábbam. C. Dicit illis Pilátus: S. Quid ígitur fáciam de Jesu, qui dicitur, Christus? C. Dicunt omnes: S. Crucifigátur. C. Ait illis præses: S. Quid enim mali fecit? C. At illi magis clamábant, dicétes: S. Crucifigátur. C. Videns autem Pilátus quia nihil proficeret, sed magis tumúltus fieret: accépta aqua, lavit manus coram pópuli, dicens: S. Innocens ego sum a ságuine justi hujus: vos vidéritis. C. Et respóndens univérsus pópulus, dixit: S. Sanguis ejus super nos, et super filios nostros. C. Tunc dimísit illis Barábbam: Jesum autem flagellátum trádidit eis, ut crucifigerétur. Tunc mílites præsidis suscipiétes Jesum in prætóríum, congregavérunt ad eum univérsam cohórtem: et exuéntes eum, chlamydem coccíneam circumdedérunt ei: et plectétes corónam de spinis, posuérunt super caput ejus, et arúndinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum, illudébant ei, dicétes: S. Ave, Rex Judæórum. C. Et exspuéntes in eum, accepérunt arúndinem, et percutiébant caput ejus. Et postquam illusérunt ei, exuérunt eum chlámide, et induérunt eum vestiméntis ejus, et duxérunt eum ut crucifigerent.

Tunc mílites præsidis suscipiétes Jesum in prætóríum, congregavérunt ad eum univérsam cohórtem: et exuéntes eum, chlamydem coccíneam circumdedérunt ei: et plectétes corónam de spinis, posuérunt super caput ejus, et arúndinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum, illudébant ei, dicétes: S. Ave, Rex

la gente que reclamaran a Barrabás y exigieran la muerte de Jesús. El gobernador preguntó: S. ¿A cuál de los dos queréis que os suelte? C. Ellos dijeron: S. A Barrabás. C. Pilato les dice: S. ¿Y qué hago con Jesús llamado el Mesías? C. Contestaron todos: S. Que lo crucifiquen. C. Él dijo: S. Pues ¿qué mal ha hecho? C. Pero ellos gritaban más fuerte: S. ¡Que lo crucifiquen! C. Al ver Pilato que todo era inútil y que, al contrario, se estaba formando un tumulto, tomó agua y se lavó las manos en presencia del pueblo, diciendo: S. Soy inocente de esta sangre. ¡Allá vosotros! C. Y el pueblo entero contestó: S. ¡Su sangre caiga sobre nosotros y sobre nuestros hijos! C. Entonces les soltó a Barrabás; y a Jesús, después de azotarlo lo entregó para que lo crucificaran.

Jesús azotado y coronado de espinas.

Los soldados del gobernador se llevaron a Jesús al Pretorio y reunieron alrededor de Él a toda la compañía: lo desnudaron y le pusieron un manto color púrpura y, trenzando una corona de espinas, se la ciñeron a la cabeza y le pusieron una caña en la mano derecha. Y, doblando ante Él la rodilla, se burlaban de Él dic-

sacerdótum et senióribus, dicens: S. Peccávi, tradens sánguinem justum. C. At illi dixerunt: S. Quid ad nos? Tu videris. C. Et projectis argénteis in templo, recéssit: et ábiens, láqueo se suspéndit. Príncipes autem sacerdotum, accéptis argénteis, dixerunt: S. Non licet eos mittere in córbonam: quia prétium sánguinis est. C. Consílio autem ínito, emérunt ex illis agrum fíguli, in sepul-túram peregrinórum. Propter hoc vocátus est ager ille Hacéldama, hoc est, ager sánguinis, usque in hodiérnum diem. Tunc implétum est, quod dictum est per Jeremíam prophétam, dicentem: Et acceperunt triginta angénteos prétium appretiáti, quem appetiáverunt a filiis Israél: et dedérunt eos in agrum fíguli, sicut constituit mihi Dóminus.

Jesus autem stetit ante præsidem, et interrogávit eum præses, dicens: S. Tu es rex Judæórum? C. Dicit illi Jesus: + Tu dicis. C. Et cum accusarétur a princípibus sacerdotum et senióribus, nihil respóndit: Tunc dicit illi Pilátus: S. Non audis quanta advérsus te dicunt testimónia? C. Et non respóndit ei ad ullum verbum, ita ut mirarétur præses vehementer. Per diem autem solénnem consuéverat præses pópulo dimittere unum vinctum, quem voluissent. Habébat autem tunc vinctum insignem, qui dicebátur Barábbas. Congregatis ergo illis dixit Pilátus: S. Quem vultis dimittam vobis: Barábbam, an Jesum, qui dicitur Christus? C. Sciébat enim quod per invidiam tradidissent eum. Sedénte autem illo pro tribunáli, misit ad eum uxor ejus, dicens: S. Nihil tibi et justo illi: multa enim passa sum hódie per visum propter eum. C. Príncipes autem

devolvió las treinta monedas de plata a los Sumos Sacerdotes y ancianos, diciendo: S. He pecado entregando sangre inocente. C. Pero ellos dijeron: S. ¿A nosotros qué? ¡Allá tú! C. Él, arrojando las monedas en el templo, se marchó; y fue, y se ahorcó. Los sacerdotes, recogiendo las monedas, dijeron: S. No es lícito echarlas en el arca de las ofrendas, porque son precio de sangre. C. Y, después de discutirlo, compraron con ellas el Campo del Alfarero, para cementerio de forasteros. Por eso aquel campo se llama Campo de Sangre hasta el día de hoy. Así se cumplió lo escrito por Jeremías el profeta: Y tomaron las treinta monedas de plata, el precio de uno que fue tasado, según la tasa de los hijos de Israel y pagaron con ellas el Campo del Alfarero, como me lo había ordenado el Señor.

Jesús ante Pilato.

Jesús fue llevado ante el gobernador; y el gobernador le preguntó: S. ¿Eres tú el rey de los judíos? C. Jesús respondió: Tú lo dices. C. Y mientras lo acusaban los Sumos Sacerdotes y los notables, no contestaba nada. Entonces le dice ¿No oyes cuántos cargos presentan contra tí? C. Él no contestó a una sola pregunta, de modo que el gobernador estaba muy extrañado. Por la Fiesta, el gobernador solía soltar un preso, el que la gente quisiera. Tenía entonces un preso famoso, llamado Barrabás. Cuando la gente acudió, dijo Pilato: S. ¿A quién queréis que os suelte, a Barrabás o a Jesús, a quien llaman el Mesías? C. Pues sabía que se lo habían entregado por envidia. Y mientras estaba sentado el tribunal, su mujer le mandó a decir: S. No te metas con ese justo, porque esta noche he sufrido mucho soñando con Él. C. Pero los sumos sacerdotes y los notables convencieron a

3. Plebs Hebræa tibi cum palmis obvia venit: Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi. *Gloria, laus.*

4. Hi tibi passuro solvebant munia laudis: Nos tibi regnanti pan-gimus ecce melos. *Gloria, laus.*

5. Hi placuere tibi, placeat devotio nostra: Rex bone, Rex clemens, qui bona cuncta placent. *Gloria, laus.*

3. El pueblo hebreo salió a recibirnos con palmas. Y nosotros nos presentamos a Vos con oraciones, votos e himnos. *Gloria, alabanza.*

4. Ellos os alababan cuando ibais a padecer. Nosotros os cantamos con armoniosos cánticos, oh Rey inmortal. *Gloria, alabanza.*

5. Aquellos os agradaron. Agrádeos también nuestra devoción, oh Rey bueno, Rey benigno, que os complacéis en todo lo bueno. *Gloria, alabanza.*

QUINTO ANTÍFONA

Todos alaban tu nombre diciendo: Bendito el que viene en nombre del Señor: Hosanna en el cielo.

SALMO 147

Glorifica al Señor, Jerusalén, alaba a tu Dios, Sión: que ha reforzado los cerrojos de tus puertas, y ha bendecido a tus hijos dentro de ti; ha puesto paz en tus fronteras, te sacia con flor de harina; Él envía su mensaje a la tierra, y su palabra corre veloz; manda la nieve como lana, esparce la escarcha como ceniza; hace caer el hielo como migajas, con el frío congela las aguas; envía una orden y se derriten, sopla su aliento y corren. Anuncia su palabra a Jacob, sus decretos y mandatos a Israel; con ninguna nación obró así, ni les dio a conocer sus mandatos. Gloria al Padre, y al Hijo y al Espíritu Santo. Como era en un principio, ahora y siempre por los siglos de los siglos. Amén.

SEXTA ANTÍFONA

Agitando palmas adoramos al Señor que llega; salgamos a su encuentro cantando himnos, proclamemos su gloria diciendo: Bendito sea el Señor.

OMNES collaudant nomen tuum, et dicunt: Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in excelsis.

LAUDA, Jerusalem, Dominum: lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo ejus. Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit? Emittet verbum suum, et liquefaciet ea: flabit spiritus ejus, et fluent aquæ. Qui annuntiat verbum suum Jacob: justitias et judicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi: et judicia sua non manifestavit eis. Gloria Patri, et Filio et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula seculorum. Amen.

FULGENTIBUS palmis prosternimur adveniēti Domino; huic omnes occurrāmus cum hymnis et canticis, glorificantes et dicentes: Benedictus Dominus!

AVE, Rex noster, Fili David, Redemptor mundi, quem prophetae praedixerunt Salvatore domui Israel esse venturum. Te enim ad salutarem victimam Pater misit in mundum, quem exspectabant omnes sancti ab origine mundi, et nunc: Hosanna Filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

No hay inconveniente alguno en que el pueblo cante, por ejemplo, el Christus Vincit u otro cántico en honor de Jesucristo Rey, incluso en lengua vulgar. Al entrar la Procesión en la Iglesia, se canta la última antífona.

INGREDIENTE Domino in sanctam civitatem, Hebraeorum pueri resurrectionem vitae pronuntiantes, cum ramis palmarum: Hosanna, clamabant, in excelsis. Cum audisset populus, quod Jesus veniret Jerosolymam, exierunt obviam ei. Cum ramis.

El Celebrante, de cara al pueblo, da por terminada la Procesión a Cristo Rey diciendo:

Ÿ. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.
Oremus.

DOMINE Jesu Christe, Rex ac Redemptor noster, in cuius honorem, hos ramos gestantes, solemnes laudes decantavimus: concede propitius; ut, quocumque hi rami deportati fuerint, ibi tuae benedictionis gratia descendat, et, quavis daemonum iniquitate vel illusionem profligata, dextera tua protegat, quos redemit. Qui vivis et regnas.

SÉPTIMO ANTÍFONA

¡Salve! Rey nuestro, Hijo de David, Redentor del mundo, los profetas anunciaron tu venida como Salvador de Israel. El Padre te envió como víctima para salvar al mundo; te esperaban todos los santos desde la creación del mundo: nosotros te aclamamos: Hosanna al Hijo de David, bendito el que viene en nombre del Señor, Hosanna en el cielo.

OCTAVO ANTÍFONA

Al entrar el Señor en la santa ciudad, los niños hebreos, anunciando la Resurrección de la Vida, con ramos de palma aclamaban: Hosanna en el cielo. Al enterarse el pueblo que Jesús llegaba a Jerusalén, salieron a su encuentro con ramos de palma, aclamando: Hosanna en el cielo.

Ÿ. El Señor esté con vosotros.
R. Y con tu espíritu.
Oremos.

COLECTA

Señor Jesucristo, Rey y Redentor nuestro, en tu honor hemos llevado los ramos, cantando alabanzas; concede que la gracia de tu bendición descienda donde se lleven estos ramos y, vencidos la maldad y el engaño del demonio, tu brazo proteja a los que has redimido. Que vives y reinas.

Filius Dei. C. Dicit illi Jesus: + Tu dixisti. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus caeli. C. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: S. Blasphemavit: quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam: quid vobis videtur? C. At illi respondentes dixerunt: S. Reus est mortis. C. Tunc expuerunt in faciem ejus, et colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederrunt, dicentes: S. Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit?

C. Petrus vero sedebat foris in atrio: et accessit ad eum una ancilla, dicens: S. Et tu cum Jesu Galilaeo eras. C. At ille negavit coram omnibus, dicens: S. Nescio quid dicis. C. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, et ait his, qui erant ibi: S. Et hic erat cum Jesu Nazareno. C. Et iterum negavit cum juramento: Quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, et dixerunt Petro: S. Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. C. Tunc cepit detestari, et jurare quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amare.

Mane autem facta, consilium iniierunt omnes principes sacerdotum, et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato praesidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus

por Dios vivo a que nos digas si tú eres el Mesías, el Hijo de Dios. C. Jesús le responde: + Tú lo has dicho. Más aún, yo os digo: Desde ahora veréis que el Hijo del Hombre está sentado a la derecha del Todopoderoso y que viene sobre las nubes del cielo. C. Entonces el Sumo Sacerdote rasgó sus vestiduras diciendo: S. Ha blasfemado. ¿Qué necesidad tenemos ya de testigos? Acabáis de oír la blasfemia. ¿Qué os parece? C. Y ellos contestaron: S. Es reo de muerte. C. Entonces le escupieron a la cara y lo abofetearon; otros lo golpearon diciendo: S. Haz de profeta, Mesías, dinos quién te ha pagado.

Jesús, negado por Pedro.

C. Pedro estaba sentado fuera en el patio y se le acercó una criada y le dijo: S. También tú andabas con Jesús el Galileo. C. Él lo negó delante de todos diciendo: S. No sé qué quieres decir. C. Y al salir al portal, lo vio otra y dijo a los que estaban allí: S. Éste andaba con Jesús el Nazareno. C. Otra vez negó él con juramento: S. No conozco a ese hombre. C. Poco después se acercaron los que estaban allí y dijeron: S. Seguro, tú también eres de ellos, hasta el acento te delata. C. Entonces él se puso a echar maldiciones y a jurar, diciendo: S. No conozco a ese hombre? C. en seguida cantó un gallo. Pedro se acordó de aquellas palabras de Jesús: Antes de que cante el gallo me negarás tres veces. Y saliendo afuera, lloró amargamente.

Jesús presentado a Pilato. Fin del traidor.

Al hacerse de día, todos los Sumos Sacerdotes y los notables del pueblo se reunieron para planear la condena a muerte de Jesús. Y atándolo, lo llevaron y lo entregaron a Pilato, el gobernador. Entonces, el traidor sintió remordimientos y

Dixitque illi Jesus: + Amice, ad quid venisti? C. Tunc accesserunt, et manus iniecerunt in Jesum, et tenuerunt eum. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, et percutebat servum principis sacerdotum, amputavit auriculam ejus. Tunc ait illi Jesus: + Converterte gladium tuum in locum suum. Omnes enim, qui acciperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturae, quia sic oportet fieri? C. In illa hora dixit Jesus turbis: + Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, et non me tenuistis. C. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scripturae prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

At illi tenentes Jesum, duxerunt ad Caiapham principem sacerdotum, ubi scribae et seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum a longe, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem. Principes autem sacerdotum, et omne concilium, quaerebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent: et non invenierunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissime autem venerunt duo falsi testes et dixerunt: S. Hic dixit: Possum destrui templum Dei, et post triduum reaedificare illud. C. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: S. Nihil respondes ad ea, quae isti adversum te testificantur? C. Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: S. Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus

y le dijo: S. ¡Salve Maestro! C. Y lo besó. Pero Jesús le contestó: + Amigo, ¿a qué vienes? C. Entonces se acercaron y echaron mano a Jesús, deteniéndolo. Y uno de los que estaban con Jesús agarró la espada, la desenvainó e hirió al criado del Sumo Sacerdote, cortándole la oreja. Jesús le dijo: + Vuelve la espada a su sitio, porque quien usa espada, a espada morirá. ¿O crees que no puedo acudir a mi Padre y me mandaría en seguida más de doce legiones de ángeles? Si no, ¿cómo se va a cumplir la Escritura según la cual esto tiene que pasar? C. En aquella hora dijo Jesús a la gente: + ¿Habéis salido a prenderme con espadas y palos, como a caza de un bandido? A diario me sentaba y enseñaba en el templo y no me detuvisteis. C. Todo esto ocurrió para que se cumpliera lo que escribieron los profetas. Entonces todos los discípulos lo abandonaron y huyeron.

Jesús es presentado a Caifás.

C. Los que detuvieron a Jesús lo llevaron a casa de Caifás, el Sumo Sacerdote, donde se habían reunido los letrados y los notables. Pedro lo seguía de lejos hasta el palacio del Sumo Sacerdote y entrando dentro, se sentó con los criados para ver en qué paraba aquello. Los Sumos Sacerdotes y el Sanedrín en pleno buscaban un falso testimonio contra Jesús para condenarlo a muerte y no lo encontraban, a pesar de los muchos falsos testigos que comparecían. Finalmente comparecieron dos que declararon: S. Éste ha dicho: S. Puedo destruir el templo de Dios y reconstruirlo en tres días. C. El Sumo Sacerdote se puso en pie y le dijo: S. ¿No tienes nada que responder? ¿Qué son estos cargos que levantan contra ti? C. Pero Jesús callaba. Y el Sumo Sacerdote le dijo: S. Te conjuro

El Celebrante y Ministros se ponen los ornamentos morados para la Misa. Durante la lectura o canto de la Pasión en la Misa no se han de tener en las manos los ramos bendecidos.

SANTA MISA

Ps. 21, 20, 22, 2 INTROITO

DOMINE, ne longe facias auxilium tuum a me, ad defensionem meam, aspice: libera me de ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam. *Ps. 21. 2, Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum. Domine, ne longe...*

OMNIPOTENS sempiterno Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum carnem sumere et crucem subire fecisti: concede propitius; ut et patientiae ipsius habere documenta et resurrectionis consortia mereamur. Per eundem Dominum nostrum.

Philipp. 2. 5-11

FRATRES: Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum: et donavit ille nomen, quod est super omne nomen: (*Hic genuflectitur.*) ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum: et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

Señor, no te quedes lejos, ven corriendo a ayudarme, sálvame de las fauces del león, salva a este pobre de los cuernos del búfalo. Salmo. Dios mío, Dios mío, ¿por qué me has abandonado? a pesar de mis gritos, mi oración no te alcanza. Señor, no te quedes lejos.

COLECTA

Dios todopoderoso y eterno. Por voluntad tuya, nuestro Salvador se hizo hombre y murió en la cruz, para que imitéramos su ejemplo de humildad. Te pedimos la gracia de guardar las enseñanzas de su pasión y así tener parte un día en su resurrección gloriosa.

EPÍSTOLA

Hermanos: Tened entre vosotros los sentimientos propios de una vida en Cristo Jesús. Él, a pesar de su condición divina, no hizo alarde de su categoría de Dios; al contrario, se despojó de su rango, y tomó la condición de esclavo, pasando por uno de tantos. Y así, actuando como un hombre cualquiera, se rebajó hasta someterse a la muerte, y una muerte de cruz. Por eso Dios lo levantó sobre todo, y le concedió, el "Nombre-sobre-todo-nombre"; *Aquí se arrodilla.* de modo que al nombre de Jesús toda rodilla se doble —en el Cielo, en la Tierra, en el Abismo—, y toda lengua proclame: "¡ Jesucristo es Señor!", para gloria de Dios Padre.

Ps. 72. 24. 1-3

TENUÍSTI manum dexteram meam: et in voluntate tua deduxisti me: et cum gloria assumpsisti me. *V.* Quam bonus Israël Deus rectis corde! Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns.

Ps. 21. 2-9, 18, 19, 22, 24, 32

DEUS, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? *V.* Longe a salute mea verba delictorum meorum. *V.* Deus meus, clamabo per diem, nec exaudies: in nocte, et non ad insipientiam mihi. *V.* Tu autem in sancto habitas, laus Israël. *V.* In te speraverunt patres nostri: speraverunt, et liberasti eos. *V.* Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: in te speraverunt, et non sunt confusi. *V.* Ego autem sum vermis, et non homo: opprobrium hominum et abjectio plebis. *V.* Omnes qui videbant me, aspernabantur me: locuti sunt labiis et moverunt caput. *V.* Speravit in Domino, eripiat eum: salvum faciat eum, quoniam vult eum. *V.* Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. *V.* Libera me de ore leonis: et a cornibus unicornium humilitatem meam. *V.* Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob, magnificate eum. *V.* Annuntiabitur Domino generatio ventura: et annuntiabunt caeli iustitiam ejus. *V.* Pópulo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

GRADUAL

Me has cogido de la mano, y me has guiado con tu consejo, y me has llevado a tu gloria. Qué bueno es el Dios de Israel para los limpios de corazón. Por poco tropiezan mis pies, casi resbalan mis pisadas, porque me daban envidia los impíos, viendo la prosperidad de los pecadores.

TRACTO

Dios mío, Dios mío, ¿por qué me has abandonado? *V.* A pesar de mis gritos, mi oración no te alcanza. *V.* Dios mío, de día te grito, y no respondes, de noche, y no me haces caso. *V.* Aunque habitas en el santuario, esperanza de Israel. *V.* En ti confiaban nuestros padres, confiaban y los ponías a salvo. *V.* A ti gritaban, y quedaban libres, en ti confiaban y no los defraudaste. *V.* Pero yo soy un gusano, no un hombre, vergüenza de la gente, desprecio del pueblo: *V.* al verme se burlan de mí, hacen visajes menear la cabeza. *V.* "Acudió al Señor, que lo ponga a salvo, que lo libre, si tanto lo quiere." *V.* Ellos me miran triunfantes, se reparten mi ropa, echan a suerte mi túnica. *V.* Sálvame de las fauces del león, a este pobre, de los cuernos del búfalo. *V.* Fieles del Señor, alabadlo, linaje de Jacob, glorificadlo. *V.* Hablarán del Señor a la generación futura, contarán su justicia al pueblo que ha de nacer: todo lo que hizo el Señor.

Jesús ora en el huerto. Su agonía.

En aquel tiempo: Jesús va con sus discípulos a un huerto, llamado Gethsemani, y les dice: + Sentaos aquí, mientras voy allá a orar. C. Y llevándose a Pedro y a los dos hijos de Zebedeo, empezó a entristecerse y a angustiarse. Entonces dice: + Me muero de tristeza: quedaos aquí y velad conmigo. C. Y adelantándose un poco, cayó cara a tierra y oraba diciendo: + Padre mío, si es posible, que pase y se aleje de mí ese cáliz. Pero no como quiero yo, sino como quieres tú. C. Y se acerca a los discípulos y los encuentra dormidos. Dice a Pedro: + ¿Conque no habéis podido velar una hora conmigo? Velad y orad para no caer en la tentación; pues el espíritu es decidido, pero la carne es débil. C. De nuevo se apartó por segunda vez y oraba diciendo: + Padre mío, si este cáliz no puede pasar sin que yo lo beba, hágase tu voluntad. C. Y viniendo otra vez, los encontró dormidos, porque tenían los ojos cargados. Dejándolos de nuevo, por tercera vez oraba, repitiendo las mismas palabras. Luego se acerca a sus discípulos y les dice: + Ya podéis dormir y descansar. Mirad, está cerca la hora, y el Hijo del Hombre va a ser entregado en manos de los pecadores. Levantaos, vamos!

Jesús es besado por Judas y hecho prisionero.

Ya está cerca el que me entrega. C. Todavía estaba hablando, cuando en esto apareció Judas, uno de los doce, y con él un tropel de gente, con espadas y palos, mandada por los Sumos Sacerdotes y los notables del pueblo. El traidor les había dado esta señal: S. El que yo bese, es Él: detenedlo. C. Después se acercó a Jesús

In illo tempore: Venit Jesus cum discipulis suis in villam, quae dicitur Gethsemani, et dixit discipulis suis: + Sedete hic, donec vadam illuc, et orem. C. Et assumpto Petro, et duobus filius Zebedaei, cepit contristari et maestus esse. Tunc ait illis: + Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, et vigilate mecum. C. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, et dicens: + Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. C. Et venit ad discipulos suos, et invenit eos dormientes: et dicit Petro: + Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate, et orate, ut non intratis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. C. Iterum secundo abiit, et oravit, dicens: + Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. C. Et venit iterum, et invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati. Et relicto illis, iterum abiit, et oravit tertio, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis: + Dormite jam, et requiescite: ecce appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquavit qui me tradet.

C. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, et cum eo turba multa cum gladiis, et fustibus, missi a principibus sacerdotum, et senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens: S. Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. C. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: S. Ave, Rabbi. C. Et osculatus est eum.